

Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die

Savanter Diöcese.

Inhalt: I. Adresse der österr. Erzbischöfe und Bischöfe an den hl. Vater. — II. Antwortschreiben des hl. Vaters auf die Adresse der österr. Erzbischöfe und Bischöfe. — III. Allocutio PP. Leonis XIII. habita in Consistorio XI. Febr. a. c. — IV. Ministerial-Entscheidung betr. den Empfang der heil. Sakramente der Buße und des Altars von Seite der Schulkinder. — V. Entscheidung über die Reihenfolge der Gräber auf katholischem Friedhofe. — VI. Erkenntniß des k. k. B.-G.-Hofes über eine Ausweisung aus der Gemeinde wegen Mangels der Unbescholtenheit. — VII. Empfehlung der „Steiermärkischen Odilien-Blinden-Anstalt“ zu Graz. — VIII. Unstatthaftigkeit der Einrechnung des Pfründen-Inventars in die Congrua. — IX. Anempfehlung des „Duhovni Pastir.“ — X. Diöcesan-Nachrichten

I.

Adresse der österreichischen Bischöfe an den heil. Vater.

„Beatissime Pater!“

Jam longiore abhinc tempore nobis Austriae episcopis in animo erat, mense hocce Novembri ad finem vergente Vindobonae convenire, ut quo consuevimus more graviore muneris nostri causas mutuis consiliis expendamus. In primis vero, ut in praesenti quoque nostras erga Te voluntates nostrumque obsequium Tibi declarem. Coetu vero nostro praeter opinionem licet paullum tantum procrastinato non possumus, quin hasce jam nunc Tibi demus literas, quas ut benigne excipere digneris humillime rogamus.

Memores ac testes rerum adversarum, quibus animus Tuus omniumque nobiscum catholicorum gravissime affligitur, vehementi cum dolore coram Te conquerimur, quod odium in ecclesiam Dei, quam Jesus Christus sanguine suo sponsam sibi redemit, fere ubique terrarum jam diu nefarie commotum ingenti cum populorum damno non solum perdurat, sed et acre in bellum exarsit, quod eo acerbius decertatur, quo majore adversarii pollent potentia et quo largioribus dimicant auxiliis.

Acerbissimo vero dolore afficimur ex statu, quo Vicarius Jesu Christi Romae premitur, miserrimo indignissimoque, utpote cujus sacrata auctoritas, itemque jura omnium certissima in dies magis laeduntur, legitimis praesidiis impie destituuntur et aetioribus impedimentis inique einguntur. Quo fit, ut orbis catholicus de libertate, incolumitate agendisque Summi Pontificis sui, sed et rerum suarum salute summopere anxius sit atque sollicitus. His autem omnibus vicissim revera cogimur, ut una Tecum, Beatissime Pater, iterum iterumque profiteamur, postulatum perfecta libertatis Romani Pontificis ex divino ejus ministerio supremaque ipsius potestate necessario consequi et cathedram S. Petri haud sine speciali Dei providentia civili quoque potestate solidatam et confortatam fuisse.

Tantum vero abest, ut Romanum Pontificem divi Salvatoris instar externis adminiculis jam paene cunctis orbatum videntes animo deficiamus, confidimus quoque certissime fore, ut praesens S. Sedis totiusque ecclesiae tribulatio in majorem Dei honorem vertatur animarumque salutem. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum divinaque sapientia in sui dispositione falli est nescia. Et cum Deus S. Anselmo magistro „nihil amplius diligat in hoc mundo quam ecclesiae suae libertatem“, sane non tantum adjutor et protector ejus nunquam non exstitit, sed et rursus tempore, quod suum esse jam providit, efficiet, ut totus orbis christianus exultaturus sit: „Benedixisti, Domine, terram tuam, avertisti captivitatem Jacob.“

Et profecto jam nunc, Beatissime Pater, Deum misericordem dolores Tuos haud exigua consolatione miscere grati cernimus, tot tantisque nimirum, quae ex hoc anno Tuo jubilaeo in Te redundant

solaminibus. Quem enim effugit certamen non satis mirandum, quo tot christianorum turmae universo ex orbe in Tuam Romam confluxere, obedientiae dilectionisque tributa Tibi persoluturae. Quem maximus non incessit stupor, qui sive numerum, sive laborem, sive pretium spectavit donorum a summis et infimis totius terrae Tibi delatorum. Nos quidem singulare hoc spectaculum a Deo omnipotenti, qui hominum corda et inclinat suaviter at movet fortiter, exhibitum esse censemus et bonum faustumque indicium appropinquantis victoriae itemque laboris, quem in augenda s. ecclesia strenue consumis praemium, quod Deus totius consolationis jam in hac lacrimarum valle Tibi solvere dignatur. Nam vere mirum est, quae sapientia diligentiaque naviculam Christi regis et gubernas, et quam praeclaris inprimis doctrinae Tuae luminibus fundamenta societatis humanae gravibus erroribus obruta revelas, auctoritatem Sedis apostolicae ornas et erigis, ut non solum ii, qui Te universi orbis catholici patrem, magistrum ac ducem venerantur, firmius S. Sedi modo adhaereant sed et qui foris sunt, cum admiratione et veneratione quadam S. Petri successorem suscipiant, ipsius naturae instinctu potestatem, cujus plenitudinem possidet, divinam opinantes.

Ut autem et in reliquum tempus labores conatusque Tui cuncti aequae prospere cedant, dum ferventissimis precibus quotidie animos ad Eum convertimus, a quo omne datum optimum omneque donum perfectum descendit, ad pedes Tuos humillime provolvimur apostolicam Tuam benedictionem exorantes. Sanctitatis Tuae Devotissimi et obedientissimi servi:

Folgen die Unterschriften.

II.

Litterae Sanctissimi Domini Nostri Leonis PP. XIII. ad Episcopos Austriae.

LEO PP. XIII.

Dilecti Filii Nostri, Venerabiles Fratres, Salutem et Apostolicam Benedictionem. Res inter adversas quibus premimur haud levi Nobis solatio semper fuit eorum dilectio, quos arctius prae caeteris iungit Nobiscum caritas fraterni nominis, et pastoralis muneris similitudo. Imprimis vero delectati sumus eorum studiis, qui per varias orbis regiones, litteris communiter ad Nos datis, testati sunt se ingenti adsensu excipere querelas Nostras de laesis iuribus Apostolicae Sedis, se libertatem eius tueri et vindicare praesidia, quibus eam munierat fidelium pietas, consensio supremorum principum ac providentia Dei. Exhinc perspicitis, Dilecti Filii Nostri, et Venerabiles Fratres, quam gratae Nobis litterae extiterint coniunctis studiis a Vobis datae, quibus diserte ea prae Vobis tulistis, quae jam plurimi in Episcopatu fratres sentire se ac velle litteris suis expresserant. Neque Vos celare volumus peculiarem quam cepimus voluptatem ex cura quam gessistis, ne serius, quam in votis erat, ad nos perveniret novum hoc voluntatis Vestrae testimonium. Nam quum dies rei gerendae aptissima ea foret, qua de communibus negotiis acturi convenire Vindobonam consuestis, nolulistis ex dilatione interposita solemnī conventui studia Vestra retardari, ne segnius officium pietatis obisse videremini, quam dignum erat fide et gravitate Vestra. Nova porro huic officio accessit commendatio ex eo, quod nullum litterae proderent fracti, deiectione animi indicium, sed firmam certamque fiduciam in aeterno Ecclesiae Conditore positam, qui numquam in Se sperantes fefellit nec fallere potest. Laeta, quae capitis omnia ex recenti gratulatione Nostra benigne excipimus; ea namque profecta agnoscimus ex praestanti dilectione Vestra et incenso studio, quo exoptatis bona quae praecinitis eventura. Sapienter interim pieque facitis, dum concordēs funditis coram Deo preces: harum enim ope tantum effici potest, ut communia impleantur vota. Haud absimili caritatis affectu Nos Eum rogabimus, ut gratiae Suae muneribus ubertim Vos repleat, quorum in auspiciū Apostolicam Benedictionem Vobis, clero et fidelibus Dioecesium, quibus praecestis, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die XXVIII. Januarii Anno MDCCCLXXXIX., Pontificatus Nostri Undecimo.

LEO PP. XIII. m. p.

III.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE XIII.

ALLOCUTIO HABITA IN CONSISTORIO DIE XI. FEBRVARII AN. MDCCCLXXXIX.

VENERABILES FRATRES.

Nostis errorem sane maximum, per quem multorum animos, libertatis adipiscendae specie deceptos, sensim a Iesu Christo Ecclesiaeque secedere nostra videt aetas. Scilicet pravarum doctrinarum fructus temporibus moribusque maturati adoleseunt: iamque vitium est parvis magnisque civitatibus fere commune, exuere formam christianam, constituere disciplinam civilem, totamque administrare rem publicam, religione posthabita. — Tali animorum habitu Nos quidem affecti cura ac sollicitudine summa, cogitare de remedio numquam intermisimus: vosque ipsi, venerabiles fratres, testes estis, operae Nos diligentiaeque in eo plurimum ponere, ut appareat, quo sit tandem miserrimus iste a Deo discessus evasurus, et ut quotquot ad alia aberraverint, referant sese ad liberatorem suum, Unigenitum Dei, in cuius fide patrocinioque conquiescere perpetuo ac fidenter debuissent. His de causis semper studuimus cum exterarum gentium imperiis eas, quas moris est, vel confirmare necessitudines, vel coniungere. Restituere in praesentia conamur cum potentissimo Russiae imperio: neque diffidimus id, quod est in optatis, ex sententia successurum. Qua in re cogitationes curasque Nostras singularem studio ac pari benevolentia contulimus in rei catholicae apud Polonos statum: quodque ad ordinandam earum Dioecesium administrationem magnopere pertinebat, aliquot iam episcopi designati sunt. Eos ipsos renuntiare hodierna die in hoc amplissimo consensu vestro magnopere libuisset, nisi plus aliquanto temporis tota negotii perfectio desideraret.

Omnino idem iter, quamquam inimicorum operâ non raro impeditum, sed tamen idem iter, quantum est in Nobis, perseveranti voluntate tenebimus. Atque in hoc proposito ea Nos cogitatio confirmat, unum esse perfugium animorum, unam spem sempiternae salutis eamque certissimam, Ecclesiam catholicam: proptereaque, in hac plena dimicationum vita mortali, Nostrum est omnes homines ad Ecclesiae sinum, tamquam ex aspero mari ad portum, vocare, maximeque ad confidendum caritati eius impellere: confugientes enim ad sese semper est materno acceptura complexu, adhibendoque Evangelii lumine sanatura. — Praeterea in hanc, quae degitur, aetatem tam ancipites incubuere casus, ut fessis communibus rebus omni ope et contentione subvenire necesse sit. Urgent enim undique, quod vel his ipsis postremis diebus in Urbe vidimus, urgent populares cupiditates inflammatae ac furentes; et crescente rerum malarum audacia, in ipsa civilis societatis fundamenta impetum conantur facere. Silente religionis voce, sublatoque divinarum metu legum, quae ipsos animi motus in officio continere iubent, quaenam vis esset in civitatibus reliqua satis efficax ad propellenda pericula? In hoc igitur, quod datur opera revocandis illuc hominibus, ubi praecepta virtutum ac principia conservandi ordinis incorrupta vigent, verissimo afficitur beneficio respublica, egregieque de salute communi meretur.

Sed est et aliud considerandum, quod opportunitatem habet singularem. Nimirum si contigit unquam alias, ut pacatae res concordi populorum voto expeterentur, certe expetuntur maxime hoc tempore, cum in ore est omnium pax, tranquillitas, otium. Testantur summi principes, et quotquot per Europam respublicas gerunt, hoc se velle conarique unice, pacis beneficia tueri: idque valde assentientibus cunctis civitatum ordinibus, quia revera quotidie magis apparet bellorum populare fastidium. Honestissimum fastidium, si quod aliud: nam certare armis potest esse quandoque necessarium, numquam tamen vacat magna molè calamitatum. Quanto autem calamitosius hodie futurum in tanta copiarum magnitudine, tam onge propecta rei militaris scientia, tam multiplici ad internecionem instrumento? Quae quoties cogitamus,

magis ac magis caritate accendimur gentium christianarum, earumque caussâ non possumus non suspenso animo impendentes formidines pertimescere. Nihil est igitur tanti, quanti ab Europa periculum belli prohiberi: ita quidem ut, quidquid in hanc caussam confertur operae, in salutem publicam conferri iudicandum sit. — Veruntamen ad fiduciam rerum tranquillarum, parum est cupere, neque satis inest in mera voluntate praesidii. Similique modo ingentes copiae et vis infinita bellici apparatus hostilem impetum continere, ne erumpat, aliquandiu possunt. Immo vero districta minaciter arma ad alendas sunt, quam ad tollendas simultates ac suspiciones aptiora: percellunt animos sollicita expectatione rerum futurarum, atque illud nominatim pariunt incommodi, ut in cervicibus populorum imponantur onera, incertum, saepe utrum tolerabiliora bello. — Itaque quaerenda paci fundamenta sunt et firmiora et coniunctiora naturae: propterea quod ius suum vi armisque defendere concessum est non repugnante natura: sed illud natura non patitur, vim esse iuris efficientem caussam. Quoniam pax tranquillitate ordinis continetur, consequens est ut quemadmodum privatorum, ita et imperiorum concordia in iustitia maxime et caritate nitatur. Violare neminem, alieni iuris vereri sanctitatem, colere fidem benevolentiamque mutuam, perspicuum est vincula concordiae esse firmissima atque immutabilia, quorum adeo pollet virtus, ut vel semina inimicitiarum atque aemulationis nulla esse patiatur. Iamvero utriusque virtutis parentem et custodem Deus esse iussit Ecclesiam suam: quae idcirco nihil habuit, neque est habitura sanctius, quam conservare iustitiae caritatisque leges, propagare, tueri. Hoc proposito terras omnes Ecclesia peragravit: dubiumque est nemini, quin barbaras gentes, iniecto amore iustitiae mitigatas, ab immanitate studiorum bellicorum ad pacis artes humanitatemque traduxerit. Tenuēs, potentes, qui parent qui imperant, aequae omnes iubet servare iustitiam, nec quicquam pro iniuria contendere. Ipsa est, quae populos universos, quantumvis vel locis dissitos, vel genere differentes, necessitudine et caritate fraterna coniunxit. Ac probe memor legum atque exemplorum divini auctoris sui, qui *rex pacificus* appellari voluit, cuius ipsum natalem caelestia pacis praeconia nunciavere, quiescere vult homines in pulcritudine pacis, ac multa prece studet contendere a Deo, ut belli discrimina a capite fortunisque populorum defendat. Quamdiu autem et opus fuit et per tempora licuit, nulla in re libentius, interposita auctoritate sua, laboravit, quam in reconcilianda concordia, regnisque pacandis.

His rationibus caussisque maximis et sanctissimis in omni consilio Nostro movemur, venerabiles fratres, hisque paremus. Quoscumque tempora casus invexerint, qualiacumque hominum vel iudicia futura sint vel acta, ad eandem normam dirigetur omnis actio Nostra: ab hac via certum est non discedere. Ad extremum, de incolumitate pacis si mereri alia ratione non licuerit, certe perseverabimus ad Eum, nemine prohibente, confugere, qui potest voluntates hominum, unde vult, torquere, quo vult, inflectere: enixeque precabimur, ut depulso omni bellorum metu, ac debito rerum ordine benignitate sua restituto, veris eisdemque stabilibus firmamentis Europa quiescat.

Ceterum, venerabiles fratres, priusquam veniamus ad novas Episcoporum cooptationes, adlecturi in perhonorificum Ordinem vestrum sumus tres viros, quorum non ignota vobis ornamenta animi: nimirum IOSEPHVM BENEDICTVM DVSMET ex Ordine Benedictinorum Cassinensium, Archiepiscopum Cataniensem, dignis episcopo virtutibus, maximeque prudentia et caritate spectatum: IOSEPHVM D'ANNIBALE Episcopum Tit. Charystiensem, S. R. et U. Inquisitionis Assessorem, probitate, modestia, doctrinae copia clarum: ALOISVM MACCHI Domus Nostrae Pontificalis Praepositum, morum integritate probatum, variisque muneribus atque honoribus nitide functum.

Quid vobis videtur?

Itaque auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, ac Nostra, creamus et publicamus S. R. E. Cardinales ex Ordine Presbyterorum

IOSEPHVM BENEDICTVM DVSMET

IOSEPHVM D'ANNIBALE:

Ex ordine Diaconorum

ALOISIVM MACCHI.

Cum dispensationibus, derogationibus, et clausulis necessariis et opportunis. In Nomine Patris ✠ et Filii ✠ et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

IV.

Die „Oesterreichische Zeitschrift für Verwaltung“ bringt in Nr. 36 vom 6. September 1888 einen Schulsfall, der erst mit einem Erlasse des k. k. Ministeriums für Cultus und Unterricht vom 19. März 1887 Z. 24.206 de 1886, ausgetragen worden ist, wornach

die Entscheidung, ob ein Schulkind bereits am Empfange der Sacramente der Buße und des Altars theilzunehmen hat, dem Ermessen des Katecheten obliegt.

Der Pfarrer und Katechet an der Volksschule in A. und das Decanalamt machten dem f. b. Ordinariate die Anzeige, daß die bereits 10 Jahre alte Volksschülerin Marie N. an der österlichen Beichte und Communion nicht theilgenommen habe, weil deren Vater die Zustimmung hiezu verweigerte. Das f. b. Ordinariat wendete sich deshalb in dieser Angelegenheit an den zuständigen Bezirkschulrath und wies darauf hin, daß nach den bestehenden Directiven für die Schuljugend der dreimalige Empfang der hl. Sacramente während des Schuljahres vorgeschrieben sei und daß die Schülerin Marie N. nach dem übereinstimmenden Urtheile des Katecheten und des Decanalamtes alle zum würdigen Empfange der Sacramente erforderlichen Kenntnisse besitze. Das f. b. Ordinariat ersuchte daher den k. k. Bezirkschulrath, dahin zu wirken, daß diese Schülerin zum nächsten Beichttermine ihren Obliegenheiten nachkomme. — Der zunächst vom Ortschulrathe einvernommene Vater der Schülerin Marie N. erklärte, daß er nur in der Eigenschaft als Vater seinem Kinde die Theilnahme an der Beichte und Communion nicht gestattet habe, und zwar lediglich aus dem Grunde, weil er seine Tochter dormalen noch nicht für reif zum Empfange der heil. Sacramente halte. Uebrigens wolle er sein Kind nicht überhaupt von dem Empfange der heil. Sacramente ausschließen, sein Verbot sei nur zeitlich und werde sich mit der nöthigen Verstandesreife seines Kindes beheben. Diese seine und zugleich seiner Gattin Ansicht müsse vor jener des Herrn Katecheten und des Herrn Dechanten den Vorrang haben, da die Eltern ihr Kind wohl am Besten selbst kennen. Zum Beweise der Berechtigung seiner Weigerung bezog sich der Vater auf den § 144 des bürgerlichen Gesetzbuches, wonach die Eltern das Recht haben, einverständlich die Handlungen ihrer Kinder zu leiten und die Kinder ihnen Ehrfurcht und Gehorsam schuldig sind, ferner auf Artikel XIV. des Staatsgrundgesetzes vom 21. December 1867, N.-G.-Bl. Nr. 142, welcher bestimmt, daß Jedermann die volle Glaubens- und Gewissensfreiheit gewährleistet sei, ferner daß Niemand zu einer kirchlichen Handlung oder zur Theilnahme an einer kirchlichen Feierlichkeit gezwungen werden könne, insofern er nicht der vom Gesetze hiezu berechtigten Gewalt eines Anderen untersteht, welche Bestimmungen durch die Verordnung der Schulbehörden über die religiösen Uebungen der Schulkinder nicht aufgehoben seien, zumal letztere Verordnung im Reichsgesetzblatte überhaupt nicht publicirt wurde. Der Bezirkschulrath entschied jedoch, die Eltern der Marie N. seien verpflichtet, dieselbe an den vom Katecheten der Volksschule angeordneten und durch die k. k. Bezirkschulbehörde verkündeten religiösen Uebungen theilnehmen zu lassen. In den Entscheidungsgründen wies der k. k. Bezirkschulrath darauf hin, daß ein Kind, welches die öffentliche Volksschule besucht, sich dem Lehrplane und der ganzen inneren Ordnung der Schule unterwerfen müsse und daß es den Eltern nicht zusteht, Ausnahmen hievon für ihr Kind selbstständig zu bestimmen. Was überhaupt den Religionsunterricht betrifft, so ist hiefür der § 2 des Gesetzes vom 25. Mai 1868, N.-G.-Bl. Nr. 48, maßgebend, wonach die Beforgung, Leitung und unmittelbare Beaufsichtigung der Religionsübungen an Volksschulen unbeschadet des staatlichen Aufsichtsrechtes der betreffenden Kirche überlassen ist. Diese Befugnisse unterliegen der Beschränkung nach § 5 des Reichs-Volksschulgesetzes, wonach die Bezirkschulaufsicht die verfügten Religionsübungen dem Schulleiter bekannt zu geben hat. Da diese Verkündung durch den Bezirkschulrath auch erfolgt ist, so hat auch die Verfügung, daß die Schulkinder dreimal im Jahre (insbesondere zur Osterzeit) die heil. Sacramente der Buße und des Altars zu empfangen haben, gesetzliche Wirkung. Allerdings sagt die verkündete Verfügung nicht, welche Kinder und welche Altersklassen zu den einzelnen religiösen Uebungen zuzulassen sind oder welche sonstige Beschränkungen hiebei eintreten haben. Diese Frage berührt aber nicht die allgemeine Schulordnung, sondern hängt lediglich von dem Ermessen desjenigen ab, welcher zur Leitung jener Uebungen berufen ist.

In dem gegen diese Entscheidung von beiden Eltern der Maria N. beim Landeschulrathe eingebrachten Recurse behaupten dieselben, daß die der Kirche zur Leitung der Religionsübungen gesetzlich zustehende Befugniß nur innerhalb der Schule, aber nicht außerhalb derselben, nämlich in der Kirche, ausgeübt werden

könne. Beichte und Communion seien keine Religionsübungen, sondern Religionsdienst-Handlungen. Im Uebrigen beziehen sich die Recurrenten auf die im Protokolle bei der Schulleitung gemachten Ausführungen des Vaters. Der Landesschulrath schloß sich jedoch in seiner Entscheidung der Ansicht des Bezirkschulrathes vollkommen an und bestätigte dessen Entscheidung, in Folge dessen die Eltern der Marie N. den Recurs an das hohe Ministerium für Cultus und Unterricht ergriffen.

Das Ministerium für Cultus und Unterricht wies den Recurs jedoch mit Erlaß vom 19. März 1887, Z. 24.206 de 1886, ebenfalls ab, weil die in Rede stehenden religiösen Uebungen gemäß § 5 des Reichs-Volkschulgesetzes vom 14. Mai 1869, Nr. 62, von der competenten Schulbehörde rechtswirksam kundgemacht worden sind, somit als eine für die betreffende öffentliche Volksschule erlassene allgemeine Anordnung zu gelten haben, welche zu beobachten die diese Schule besuchenden Kinder verpflichtet sind. Die Berufung auf den Artikel XIV. des Staatsgrundgesetzes vom 21. December 1867, R.-G.-Bl. Nr. 142, vermag das Begehren der Recurrenten um so weniger zu begründen, als das die Volksschule besuchende Kind der durch die Schulgesetze berechtigten Gewalt der Schule untersteht und daß den Eltern nach § 144 des allgemeinen bürgerlichen Gesetzbuches zustehende Recht durch die in Bezug auf die Erfüllung der Schulpflicht bestehenden Gesetze überhaupt eingeschränkt ist. Was übrigens die Frage anbetrifft, welche Kinder, beziehungsweise von welcher Altersstufe angefangen dieselben an den bezüglichlichen, von der staatlichen Schulaufsichtsbehörde dem Schulleiter verkündeten religiösen Uebungen theilzunehmen haben, so ist dies lediglich Sache des Ermessens Desjenigen, welcher die bezüglichlichen Uebungen zu leiten berufen ist.

V.

Eine Entscheidung über die Reihenfolge der Gräber auf katholischem Friedhofe.

Der Aufmerksamkeit des wohllehrwürdigen Clerus empfehlen wir nachstehende Entscheidung der k. k. Landesregierung für Schlesien:

„Unter Rückschuß der Beilage des Berichtes vom 3. d. M., Z. 1 A. V., werden Euer Wohlgeboren ersucht, dem Gemeindevorstande von zu bemerken, daß derselbe durch Anordnung der Beerdigung des der israelitischen Confession angehörigen Kindes trotz der Einsprache des dortigen katholischen Pfarramtes auf dem katholischen Friedhofe in der Reihenfolge der Kindergräber seinen Wirkungskreis überschritten hat.

Wenn auch der Art. 12 des Gesetzes vom 25. Mai 1868 (R.-G.-Bl. Nr. 49) bestimmt, daß keine Religionsgemeinde der Leiche eines ihr nicht Angehörigen die anständige Beerdigung auf ihrem Friedhofe nicht verweigern darf, wenn im Umkreise der Gemeinde, wo der Todesfall eintrat oder die Leiche gefunden wurde, ein für die Genossen der Kirche oder der Religionsgenossenschaft des Verstorbenen bestimmter Friedhof sich nicht befindet, so ist hiemit noch nicht normirt, daß dem Kirchenvorsteher der betreffenden Confession das ihm zustehende Recht der Bestimmung, in welcher Weise die Beerdigung stattzufinden habe, entzogen worden sei.

Da der Friedhof, auf welchem die Beerdigung des gedachten Kindes stattfand, nach Lage der vorgelegten Erhebungen ein confessionell katholischer ist, so war die Verfügung bezüglich der Beerdigung bei dem katholischen Pfarramte anzusuchen und im Falle, als durch die Abweisung des Ansuchens durch den katholischen Kirchenvorsteher die betreffende Partei sich beschwert erachtete, die Abhilfe bei der politischen Bezirksbehörde anzusuchen, welche berufen ist, in erster Instanz hierüber zu entscheiden, keineswegs aber stand dem Gemeindevorstande hierüber eine Entscheidung zu recht.

Jedenfalls war im vorliegenden Falle nicht auf den kath. Friedhof allein Rücksicht zu nehmen, da noch ein protestantischer und ein nicht benedicirter Friedhof besteht, wo die Beerdigung des in Rede stehenden Kindes voraussichtlich ohne Widerspruch der Interessenten hätte stattfinden können.

Euer Wohlgeboren wollen demnach dem Gemeindevorstande den in dieser Angelegenheit eingehaltenen Vorgang verheben und denselben anweisen, sich künftighin ähnlicher Uebergriffe zu enthalten.

Troppau, am 28. Jänner 1887, Z. 20.“

VI.

Erkenntniß des k. k. V.-G.-Hofes über eine Ausweisung aus der Gemeinde wegen Mangels der Unbescholtenheit.

Der k. k. V.-G.-Hof hat über die Beschwerde der Gemeinde Ebbs ca. Entscheidung des k. k. Ministerium des Innern vom 20. November 1887, Z. 16.510, betreffend die Ausweisung der Katharina Mayrhofer, nach durchgeführter ö. m. Verhandlung und Anhörung des k. k. Sectionsrathes Dr. Edlen von Braunhof zu Recht erkannt:

„Die angefochtene Entscheidung wird gemäß § 7 des Gesetzes vom 22. October 1875, R.-G.-Bl. Nr. 36 ex 1876, aufgehoben.“

Entscheidungsgründe:

Der V.-G.-Hof ist bei seinem Erkenntniße von nachstehenden Erwägungen ausgegangen:

Beim Beschlusse des Gemeinde-Ausschusses auf Ausweisung der Katharina Mayrhofer lagen zwei Momente vor, auf welche derselbe die Ausweisung gründete und auf deren Erörterung der V.-G.-Hof bei der Prüfung der Gesetzmäßigkeit der angefochtenen Entscheidung sich zu beschränken findet; nämlich einerseits der Umstand, daß Katharina Mayrhofer unterstandslos und im Concubinate lebenden Leuten Unterstand gebe und anderseits der Umstand, daß sie mit Peter Greiderer seit Jahren im Concubinats-Verhältnisse lebt und dadurch in der Gemeinde öffentliches Aergerniß verursacht.

Der erste Umstand steht der Gesetzmäßigkeit der angefochtenen Entscheidung nicht im Wege, da die Mayrhofer für das Verhalten ihrer Miethparteien nicht allein verantwortlich gemacht werden kann, und der Gemeinde gesetzliche Mittel zu Gebote stehen, den durch Unterstandgeben an derlei Leute sich ergebenden Uebelständen zu begegnen.

Dagegen fand der V.-G.-Hof, daß durch die Eingaben des Pfarrers vom 22. April und der Besitzer von Oberndorf vom 12. Mai 1887 im Zusammenhalte mit den detaillirten, den Grund des durch das Concubinats-Verhältniß hervorgerufenen öffentlichen Aergernisses in greller Weise beleuchtenden Rapporten der Gendarmerie vom 14. Juni und 2. August 1887 und der Protokollar-Aussage des Peter Greiderer jun. vom 31. August 1887 der Fortbestand des Concubinats-Verhältnisses der Katharina Mayrhofer mit dem in ihrem Hause wohnenden Peter Greiderer sen. und des durch selbes verursachten öffentlichen Aergernisses in der kleinen Landgemeinde Ebbs außer Zweifel gestellt sei, weshalb der Mangel der Unbescholtenheit der Katharina Mayrhofer als vorhanden anzusehen und die Entscheidung, welche ihre Ausweisung hebe, nach § 7 des Gesetzes vom 22. October 1875, R.-G.-Bl. Nr. 36 ex 1876, aufzuheben war.

VII.

Empfehlung der „Steiermärkischen Odilien-Blinden-Anstalt“ zu Graz.

Die sehr wohlthätig wirkende „Steiermärkische Odilien-Blinden-Anstalt“ zu Graz wird dem Wohl-ehrwürdigen Diöcesanclerus nachdrücklich zu dem Zwecke empfohlen, um, wenn sich in einer Pfarre ein bildungsfähiges, blindes Kind befindet, die Eltern oder Vormünder auf diese Anstalt aufmerksam zu machen und nach Thunlichkeit zur Aufnahme in dieselbe behilflich zu sein. Zur Einsicht sind einige von der Direction der Blinden-Anstalt anher gesendete Exemplare der „Bedingungen der Aufnahme“ angeschlossen, aus welchen zu ersehen ist, daß die Aufnahme hie und da sogar unentgeltlich geschehen könne.

VIII.

Unstatthaftigkeit der Einrechnung des Pfründen-Inventars

in die Congrua.

Das k. k. Ministerium für Cultus und Unterricht hat dem Recurse eines Pfarrers (Söchau) gegen die Einbeziehung der Interessen des Stellungs-Inventars in sein Einkommen, mit dem Erlasse vom 5. März

1888, Z. 24.372, mitgetheilt durch die k. k. steierm. Statthalterei am 27. März 1888, Z. 5792, Folge gegeben, „da der Genuß dieses Inventares unter die im § 3 I des Gesetzes vom 19. April 1885, R.-G.-Bl. Nr. 47, taxativ aufgezählten Bezüge nicht subsumirt werden kann.“

IX.

Anempfehlung.

Der wohllehnwürdigen Seelsorgegeistlichkeit wird hiemit besonders anempfohlen die vortrefflich redigirte Monatschrift Duhovni Pastir s sodelovanjem več duhovnov vreduje Anton Kržič.

Po enkrat na mesec izhajajoč homiletični list v slovenskem jeziku; vsak mesečni zvezek obsega povprek 4 pôle. Ta list prinaša pridige, homilije, osnove za nedelje in praznike celega leta, pri-ložnostne govore, homiletična zrna, ter času in duhovskim potrebam primerne priloge.

Naročnina za celo leto znaša 4 gold., ki naj se po nakaznici blagovoli poslati opravištvu „Duhovnega Pastirja“, Katoliška Bukvarna v Ljubljani.

X.

Diöcejan-Nachrichten.

Instituirt wurden als Pfarrer die Herren: Alois Šijanec in Regau und Anton Fischer d. j. zu St. Jakob in Dol.

Als Provisoren wurden bestellt die Herren: Franz Korošec zu St. Veit bei Montpreis, Rudolf Raktelj zu St. Gertraud bei Tüffer und Franz Osterc zu St. Thomas bei Großsonntag.

Angestellt wurde wieder als Kaplan der gewesene Provisor von Regau, Herr Franz Simončič in Sauritsch.

Uebersetzt wurden die Herren Kaplanen: Josef Atteneder nach Peilenstein und Ignaz Rom nach Reutkirchen.

Gestorben sind: Titl. Herr Anton Dvoršek, f. b. geistl. Rath, Pfarrer zu St. Veit bei Montpreis, am 22. Jänner, im 85. Lebensjahre; Herr Anton Srednik, pensionirter Kurat von St. Nikolaus in Felddorf, am 19. Februar, im 81. Lebensjahre und Herr Josef Maučič, Pfarrer zu St. Thomas bei Großsonntag, am 7. März, im 73. Lebensjahre.

Unbesetzt sind geblieben die Kaplaneien: zu St. Veit bei Montpreis, zu Videm, in St. Georgen bei Reichenegg, zu St. Jakob in Dol und zu St. Thomas bei Großsonntag.

Berichtigung. In der Rechnung des k. k. Knabenseminars Maximilianum pro 1888 Seite 11 des kirchl. B.-Bl. Nr. 171, ist zu lesen sub Nr. 8 „Neue Empfänge“, an Erträgniß in Preca statt: — —, 323 fl. 50 kr. und sub Nr. 7 ist derselbe Betrag zu streichen.

K. B. Saverianer Ordinariat in Marburg

am 15. März 1889.

Jakob Maximilian,

Fürstbischof.